



17757

16

DE
PSEVDOCLERICIS HODIERNIS.

~~UNIVERSITATIS~~
DISSERTATIO IVRIS ECCLESIASTICI

1774 7a

Q V A M
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRAESIDE
CAROLO FRIDERICO TRILLERO
PHIL. ET IVR. VTR. DOCTORE

E NVMERO EORVM

QVI SVB EIVS AVSPICIIS SCRIBENDO ET DISSERENDO

SE EXERCENT

DIE XXIII. DECEMBR. A. R. S. MDCCXCIV

H. L. Q. C.

ERVDTORVM EXAMINI SVBIICIT

AVCTOR

GEORGIUS GABRIEL KLINCKICHT

CHEMNITIO - MONTANVS.

VITEMBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII

DE
PSEYDOCLERICIS HODIERNIS

DISSERTATIO

AVCTORIS CAROLI FRIDERICI TRILLERO

CAROLO FRIDERICO TRILLERO

PHILOSOPHO DOCTORE

ET

DE PSEYDOCLERICIS HODIERNIS

AVCTORIS CAROLI FRIDERICI TRILLERO

PHILOSOPHO

ET DOCTORE

AVCTOR

GEORGIUS CAROLUS KLINCKHOFF

PHILOSOPHO DOCTORE

AVCTORIS CAROLI FRIDERICI TRILLERO



VIRIS MAGNIFICIS

ILLVSTRI IVRIVMCONSULTISSIMO EXCELLENTISSIMO
AMPLISSIMIS DOCTISSIMIS

D. ERNESTO GOTHOFREDO
CHRISTIANO KLVEGELIO

DIG. VET. P. P. O. CVRIAE PROV. ELECT. CONSIST. ECCLES.
SCABIN. ET FACVLT. IVRID. WITTENBERG. IVDIC. ITEM
PROVINC. IN LVSAT. INF. MARCH. ASSESSORI

ET

IOHANNI DANIELI TITIO

PHIL. D. ET AA. LL. M.

PROFESS. PHYS. IN ACAD. VITEMB. PVBL. ORD. COLL. PHILOS.
SEN. FACVLT. PHILOS. LIPS. ASSESS. ACAD. ELECT. SCIENT.
VTIL. MOGVNT. MEMBR. SOC. ELECT. OEC. LIPS. PHYS.
DANTISC. ET BEROL. LIB. ART. LIPS. TEVT. ET
LAT. IEN. SODAL.

PATRONIS ET FAVORIBVS SVIS

IN AETERNVM COLENDIS

HVNC LIBELLVM ACADEMICVM

IN IVSTI PIQVE OBSEQVII DOCUMENTVM

D. D. D.

A V C T O R.

VIRI DOCTISSIMI

ALIIQUE IN REBUS SCIENTIARUM EXCELLENTISSIMO

AMPLISSIMIS DOCTISSIMIS

IN REBUS SCIENTIARUM EXCELLENTISSIMO

CHRISTIANO KLEGGELIO

PH.D. ET A. N. O. CURIAE PROVINCIAE CONSIST. ECCLES.

SCABIN. ET FACULT. JURIS. WITTENBERG. IVRIS. ITEM

PROVINC. IN BASAT. IMP. MARCH. ASSessor.

ET

IOHANNI DANIELI TITIO

PH.D. ET A. N. O. M.

PROFESS. JURIS IN ACAD. VIENNAE. PUBL. ORD. COLL. JURIS.

SEN. FACULT. JURIS. JURIS. ACAD. FISCAL. PONTIF.

VIRI DOCTISSIMI. MEMBR. SOC. ELECT. OEC. JURIS. VIENNAE.

D. JURIS. ET JURIS. PUBL. JURIS. CIVILIS. ET

FACULT. JURIS. VIENNAE.

PATRONIS ET FAVORIBUS SVIS

IN AETERNUM GONDIS

HANC LIBELLAM ACADEMICAM

IN VESTRO SUPP. OEEG. I. DOCTISSIMIS

A. N. O. M.

A V T O R





§. I.

Instituti ratio.

Inter naeuos, promptam iustitiae administrationem maxime impediētes, potissimum etiam copiam iudiciorum, diuersas personas et causam vicissim e medio iurisdictionis suae sibi ipsismet eripientium, eorumue vix explorandos distinctos limites, referendos esse, nullus dubito. Quo fit, vt saepius peritissimus causarum patronus in dubitationem adducatur, nec sciat, vbi commode, et absque metu reiectionis causam clientis perorare possit. Quam plurima enim fora ordinaria et priuilegiata, ita inter se implicata et confusa interdum sunt, vt labyrinthum efficiant, ad cuius latebras perscrutandas, ne HOMMELII quidem filum Ariadneum sufficere videtur. Quid mirum itaque, cum quisque iudex iura sua pro virili defendat, si ex concurrentia iurisdictionis innumerac lites, saepe de lana, vt ita dicam,



caprina oriantur, quae optima consilia remorantur. Talia diffidia praecipuis perspiciuntur inter forum seculare et ecclesiasticum quae apud Protestantes maiora esse puto, quam apud Pontificios. Hi enim bona fide primatum papalem, et iurisdictionem episcopalem agnoscetes, et de infallibilitate Papae (vt ita loquar) persuasi, sexcenties amissam pugnam restaurare dubitant, et, vt potestas sua archissime restringatur, lubenter patiuntur. Quid enim auderet iudex inferior contra longas episcopi aut pontificis manus? At enim vero Evangelici, omnem hierarchiam respuentes et vniuersa iura principis circa sacra ex iure territoriali deriuantes, omnem extensionem potestatis ecclesiasticae accuratissime obseruant, nec vllam secularis iurisdictionis imminutionem impune concedunt. Nihilominus tamen plura etiam apud nos iuris ecclesiastici censentur, quae tutissime magistratui seculari restitui possent, quorumque intuitu iudicia ecclesiastica pro mere politicis habenda, vti causae matrimoniales, aliaeque. ^{a)} Huius causa praecipuis est magna auctoritas Iuris Canonici in terris nostris, quod, vt noto notius est, omnia imperio ecclesiastico subiicere nihilque seculari relinquere laborat. Hoc iam obseruarunt Scriptores Romano-catholici, quorum multa testimonia extant apud FERONIVM DE STATV ECCL. CAP. V. ET IN ADDENDIS §. 7. ^{b)} Apud nostros vero BOEHMERVS IN IVRE ECCL. PROTESTANT. LIB. I. TIT. II. §. 74 sq. maxime huius iuris canonici auctorita-

^{a)} vid. THOMAS, in *hist. contentions inter imper. et sacerdot. in append. Cap. I §. 30 sqq.* EIVSD. *Kirchl. Rechtsgelahrheit, Cap. IX §. 1.* III HOMMERI, *Disp. eccles. p. 236.* BOEHMER, *Disp. de iure principis circa solemniam matrimonii §. 16. et 23.*

^{b)} vbi BARTHELIUS ita dicit: *inter reliquas diffidii inter sacerdotium et imperium causas, facile palmarium fuisse constat enata illa Saec. XII, su. prague*



cloritatem aggressus est, licet ipse fateatur, totum nostrum ius parochiale, praeter reliqua, e iure canonico esse desumpta. *Optimum sane, et salutare consilium fuisset*, dicit idem §. 58. *si Lutheri proscriptio iuris canonici in effectum deducta fuisset, res nostrae publicae et privatae meliori loco fuissent positae. Sic enim ecclesiarum nostrarum iura arctius cohaerent, ambages litium cessarent, et germana simplicitas, quae in legibus patriis ubique apparet, restituta fuisset.* Praeprimis vero Pontifices Romani eo elaborarunt, ut magnum quasi exercitum sibi obstrictorum sibi conciliarent, et eo melius principibus, iura sua vindicantibus, resistere possent. Hinc referti sunt canones exemptionibus multarum personarum a foro seculari, ita ut vilissima munera in templis aliisque consecratis locis expedita, statim fierent ecclesiastica. Quoniam vero etiam apud Evangelicos ius canonicum praeualet, quinimmo ordinationes nostrae ecclesiasticae plerisque in causis inde desumptae sunt, (BOEHMER, l. c. §. 74.) non est inopinatum, etiam apud nos quamplurima dubia oriri circa quaestionem, quae personae ob munus ecclesiasticum a foro seculari exemptae sint, quaeque non? licet decisio eorum, ex iure canonico petita, aequae periculosa sit. Quae dubia ut auctoritate Principis nostri clementissimi deciderentur, iam ante multos annos vnanimia vota Statuum provinciae nostrae fuerunt. Grauaminum in comitiis, anno MDCLXIII habitis, circa extensionem iurisdictionis

nis

praque iam recitata Decretalistarum principia, ex quibus, quod auide et passim recipiuntur, atque ab ipsis, cum e re sua vel suae Curiae fore animaduertent, non negligerentur successiue, tamquam ex equo Troiano, praeter insignes alios abusus, proruperunt quoque taxae pecuniariae, spolia, annatae, pensiones, et innumera alia, quae non poterant non motus undique et tumultus excitare grauissimos.



nis ecclesiasticae propositorum, aliquot, exempli caussa, afferre liceat: Weil hiernächst die Erfahrung zeigt, wie sehr die Geistlichen auf dem Lande ihr forum privilegiatum auf ihre Dotales, Vicarienleute, und andere bey sich aufhaltenden Personen zu extendiren sich bemühen, hierdurch aber das Ansehen der ohnedieß eingeschränkten Iurisdictionis secularis merklich geschwächt wird, sowohl viel Verbrechen und Excesse ungestraft und den Confistorien verborgen bleiben, so trägt die allgemeine Ritterschafft gehorsamsf darauf an, daß Ew. Königl. Maj. allergnädigst zu verfügen geruhen möchten, daß alle diejenigen, so nicht von den Confistoriis confirmiret sind, mit dem Beneficio fori ecclesiastici sich nicht zu schützen, sondern bei der Obrigkeit ihres Domicilii Recht zu leiden verbunden sind. Quod grauamen de anno 1766 repetitum legimus. Haec vero dubia cum iam diu expectarent decisionem, nostro FRIDERICO AVGVSTO, Principi Serenissimo, referuabantur, qui in comitiis, anno 1782 habitis, vtrique foro crepta restituit, finesque vtriusque iurisdictionis acutatus determinare gestiens, legem cui in rubro inscriptum, Reglement zu Entscheidung der Differentien zwischen der geistlichen und weltlichen Gerichtsbarkeit, promulgauit. Huius inprimis legis auctoritate innixus ILLUSTRIS PAVLI PROGRAMMA De foro clericorum competente secundum iura Saxonico-electoralia nouissima, anno 1783 in vulgus emisit, vbi dubia quaedam circa clericorum forum eorumue decisionem proposuit. Quoniam vero praedicta lege nonnulla quoque de personis quibusdam ecclesiasticis non clericis disponuntur, non superfluum esse putavi, si huius legis aliarumue priorum ad normam, in genere de his, qui falso clericis se adiungunt, pro suaque persona absque omni iure forum ecclesiasticum praetendunt, prolixius agam, praesertim cum praeter ea, quae HOMMELIUS IN RHAPSOD. OBS. DXXIII refert,

vix

vix inuenies, qui peculiari libello hanc pertractauerit materiam. Bene vero edoctus de virium mearum imbecillitate ipsiusque rei scribendae grauitate, vt ex aequo et bono hoc opusculum diiudicetur, enixissime precor.

§. II.

*Differentia veri clerici a pseudoclerico
demonstratur.*

Clerici vox vnde petenda sit, explorare, facile superfedere possum, quoniam fere ab omnibus Iuris ecclesiastici scriptoribus satis superque est occupata. e) Nec magni momenti est distinctio illa inter Clericos et Laicos, quae totius quidem Hierarchiae Pontificiorum fundamentum, apud Protestantes autem penitus fere explosa est. Munus enim clericorum eos non eximit e ciuium numero, sunt subditi ad eadem officia principi praestanda, vt ceteri ciues, obnoxii, et immunitates, et priuilegia iis concessa, nil praerogatiuae habent praeceteris priuilegiis aliis concessis (WIESENHAVER. *de ecclesia et personis ecclesiasticis in genere* §. IX.) Non enim vltra necessitatem ordinum differentia in republica extendenda. Nec quoque curo, vitam et honestatem eorum, officiumque boni pastoris, de quibus vid. DEYLING. *INSTITT. PRVD. FAST. PROTHEORIA GENERALIS* et DD. AD TIT. *DECRETAL. de vita et honestate Clericorum*. Meum solummodo est, differentiam inter verum et pseudoclericum demonstrare, quare clerici mihi considerandi sunt

e) ZIEGLER ad LANCELOTTI *L. III. c. II. §. 12.* BOEHMER *Ius Parochiale S. I. c. II. §. 58.* DEYLING *proth. gen. c. 2. §. 4.* APPEL *Diff. de iuribus singularibus clericorum.*



sunt tanquam personae, munere aliquo publico fungentes, et ob id variis immunitatibus et exemptionibus gaudentes. Quare etiam BOEHMERVS *l. c. L. II. Tit. 1. §. 35.* eos ita definit, quod sint omnes, qui aliquod ecclesiasticum ministerium, clericis praescriptum ac proprium in ecclesia peragunt, et ad regimen ecclesiae vel remote vel proxime concurrunt. Cum mihi de clericis protestantium duntaxat verba facienda sint, relinquo illam distinctionem clericorum in maiorum et minorum ordinum, quam quidem ad propositum meum torquere nullam rationem video sufficientem. Toto enim coelo differunt Clerici minorum catholici ab his, qui saepius peruerso modo apud Protestantes ad eos referuntur. Liceat potius, ut eo facilius euadat distinctio inter veros et pseudoclericos, quaedam de constitutione veri clerici proferre, ex hac enim, id quod in sequentibus latius exponam, ius potestatemque omnes immunitates et exemptiones derivare possumus. Omnium tamen primum est denominatio, deinde electio, denique praesentatio coram consistorio peracta, quae faciunt characterem, numquam in pseudoclericis obuientem. In his enim pro plenitudine potestatis circa politiam magistratus, absque omnibus ambagibus, quem credit optimum, eligit. Nec obstat, quod nonnulli ex his, qui in censum pseudoclericorum veniunt, a patrono eligi solent, uti oeconomi, collatio enim muneris breui manu fit, et fieri potest, etiam in his, si forte votis aut magistratus aut patroni minus respondeant, facilius sit remotio ab officio, quam in parochis aliisue veris clericis. ^{d)} Praesentationem subsequitur in veris clericis examen in consistorio

^{d)} Illa quidem in Canonice exulat, eius tamen vices solennis electio et inuentura subit, de qua BOEHMER *L. III. Tit. V. §. 76 et 77.*

istorio peragendum, quod, si exceperis tubicinum oppidanorum explorationem, coram senatu instituendam, in pseudoclericis penitus exulata. Idem dicendum de vocatione, ordinatione, confirmatione, et inuestitura. Praecipuis confirmatio apud nos characterem, nullis fere exceptionibus obnoxium, veri clerici constituit, ut ita facile argumentari liceat, eos, qui non confirmantur, neque clericos esse, neque iura eorum sibi vindicare posse. Argumento sit *Resol. grau. de an. 1715*: vbi disponitur: *Es ist die Confirmation der Kinderlehrer beym Consistorio nicht nöthig, und wenn auch solche geschehen, soll solches der ordentlichen Obrigkeit des Orts nicht präjudicirlich seyn.* Et *Decr. Synod. de an. 1673*. vbi verba: *Ohne Confirmation soll auch keiner von unsern Schuldienern und Küstern derer Immunitäten, Freyheiten und Gerechtigkeiten fähig seyn.* Absolutis his, quae de veris clericis dicenda erant, exigui laboris est, notionem Pseudoclerici determinare.

Pseudoclericos (hac enim denominatione utar, fretus auctoritate *DUARENI de S. S. Eccl. Minist.* et *HOMMEL. Rhaps. l. c.*) ita describere liceat, quod sint personae, quae, licet aliquale ministerium ecclesiae exhibeant, ab immunitatibus vero et iuribus clericorum exclusae, solummodo respectu officii forum ecclesiasticum sortiuntur. In determinando eorum numero mores variant. Organoedi enim et ludimoderatores, templorumque custodes transitum quasi a laicis ad clerum parare videntur, quoniam aliis in terris foro ecclesiastico, in aliis vero seculari subsunt. Quod vltimum obtinet ex dispositione ordinationis *proc. Magdeb. renou. Cap. I. §. 23. Cap. X. §. 1. neque minus ex iure Celsensi, teste BOEHMERO, I. E. Protest. L. II. Tit. II. §. 46.*) Nos

B 2

Saxo-
e) De custodum organoedorumue spurio clericali differit *BOEHMER in Exerc. ad ff. ex. 76. §. 3.* hoc modo: *Tractu temporis plures clericorum con-*



Saxoniae mores inprimis secuti, his omissis, hanc secundum normam has personas enumerabimus, vt primo ministros, cultui diuino aliqua ex parte inferuientes, deinde bona ecclesiae et piarum caussarum administrantes, exhinc scholarum ministros non clericos, ipsosue discipulos, denique circa sepulturam versantes, recenseamus, et ad calcem quasdam personas, quae interdum in functionibus ecclesiasticis occurrunt, producamus, vt integrum semiclericale claudant agmen.

§. III.

De turricola eiusque officii.

Non immerito illi, qui in altissimo loco inter ciues cuiusque vrbis plerumque collocatus est, etiam in nostro libello suus honos habendus, et primo loco nominandus, nimirum turricola. Vastae istae moles, templis superstructae, quas turres vocamus, cum olim obseruandorum hostium causa praeprimis extruerebantur, ex pristina simplicitate a pontificiis in vanam pompam transmutabantur. Quo factum est, vt templa, coenobia, scholae, nosocomia, ita iis obsererentur, vt statim e longinquo pietas, vel potius superstitio vrbis indagari posset. Hunc quidem reiciebant vanum splendorem Protestantes, nihilominus vero vsui politico eos reseruarunt. Quoniam enim ab omnibus ob altitudinem conspicui poterant, horologiis eas instruxerunt publicis, quorum ad normam negotia

confortio ascripti sunt, qui olim vel ignorabantur vel laicorum sorte vivebant. Principaliter horum nomine veniunt, qui ecclesiasticas functiones obeant, et ministeria sacra peragunt, quales sunt episcopi, presbyteri, diaconi, et subdiaconi. His adiunguntur alii merum quoddam famulitium praestantes, vt ostiarii, ludimoderatores, custodes et s. p.

gotia tam forensia, quam extraiudicialia diiugerentur. Neque minus exploranda ad incendia tam in vrbe, quam in locis vicinis, hostesque tempore belli indagandos, maximum praebent vsum. Nouissimis temporibus ipsius ecclesiae tutela, contra grauissimos hostes, fulminis scilicet ictus, nonnullis in locis ipsis demandata est. Custodiae causa, turribus praepositus est turricola, vtplurimum ex choro musico ciuitatis desumptus, quoniam determinatis horis buccinae sonitu ciues ad preces admonere tenetur. Antiquis temporibus leuis notae macula eum laborasse, apparet ex prouilegio buccinatoribus a Ferdinando II. concessio, vbi verba art. VII ita se habent: *Es soll kein ehrlicher Trompeter, bey Verlichung der Kunst, mit Gauklern, Haustauben, Thürmern, oder bey den Glückshafnern und dergl. nicht blasen.* cfr. WILDBOGEL Diss. de buccinat. §. XXV. et Befehl den 10ten Jul. 1650. daß sich niemand der Trompeten und Heerpauken bedienen soll etc. Huius potissimum causa in eo quaerenda est, quia cura carcerum in turribus reconditorum saepius iis demandata fuit, quare cum lictoribus eundem in censum veniebant (vid. HILLERI Diss. de abusibus opificum. Sed Mandato de 19. Oct. 1731 et horum macula absterfa est; disponitur enim ibi §. 4. *Kinder der Thurmhüter, Bettelvögte, Todtengräber können von den Gilden nicht ausgeschlossen werden.* SCHMIEDERS Sächs. Poliz. Th. I. 6te Abth. §. 17. Constitui autem solent turrium excubitores a magistratu politico, nec consensus Superintendentis requiritur, vt etiam Senatus W. contra Superintendentem contradicentem per rem iudicatam obtinuit, teste KÜSTNERO ad DEYLING. p. 645. Quod enim potissimum mouit, vt in semiclericos eum referrem, est, quod pulsandis campanis indicare debet tempus, cultui diuino constitutum iam instare, parochialesque quasi conuocare ad sacra peragenda. KÜSTNER. ad DEYLING.



p. 637. Quoties itaque in hoc officio subeundo negligens defesue reperitur, vix Superintendenti cognitio desuper deneganda est, si praesertim ex tali negligentia sacra turbata sunt, cum pulsatio campanarum apud nos ad negotia et ceremonias ecclesiasticas potissimum referatur, inde etiam ad forum ecclesiasticum pertineat. vid. Art. gen. 39. Iam vero de eorum officio secundum instituti nostri rationem pauca disserere placet. Non solum enim ad publicas, sed etiam ad privatas preces clangore nolarum ciues monere tenentur. *Ord. eccl. art. IX in fin. DEYLING. p. 655.* Neque minus comitatum funebrem in mortuis sepeliendis aeris sonitu inuitant, vbi diuersi gradus campanarum, vti vocant, obseruantur, quatenus vel solemnis, vel minus solemnis, fit sepultura. Haec sufficiant de ministerio eorum ecclesiastico. Quamquam vero Art. gen. 39 omnis profanus vsus nolarum interdictus, nihilofecius ipsis legibus nostris excitatio ciuium pulsu nolarum ad incendia extinguenda, vid. *Art. gen. 39.* ad prosequendos latrones, (*Mand. d. 29. Mart. 1566. d. 17. Iun. 1566. Mand. wider die diebischen Einbrüche den 14. Dec. 1717.*) ad praestanda tributa iuri coquendae cereuisiae imposita (*Instruct. d. 5. Apr. 1564.*) iniungitur. Seuere autem iis prohibitum est, ne superfluitiosos ad fines campanas adhibeant, v. c. ad auertendos, vel rectius acciendos fulminis ictus. Neque minus iis incumbit, vt solis ad normam horologium publicum quotidie accommodent, praeterea etiam quauis hora maioribus campanis repetant tempus, tintinnabulo, horologio superstructo, indicatum. Denique etiam quotidie horis determinatis ex altitudiae turris tubis canere, simulque praescripta cuiusuis horae parte transgressa, lituo suam praesentiam vigilantiamque indicare tenentur. Vt iam per se liquet, habitationem in turre adipiscitur gratuitam, plerumque etiam a magistratu salarium suum et ligna necessaria percipit,

pit, vti etiam pro pulsatione nolarum quaedam ab aedituo aut ex acrio ecclesiastico ei soluuntur. Plurima vero cum in suo officio, tamquam musicus oppidanus, agat, iam illorum officium paullo latius explorandum est.

§. IV.

De tubicinibus oppidanis.

Tubicines oppidani non minus ecclesiae ministerium quoddam exhibent, quam turricola; quare libenter acceptant, si personis ecclesiasticis adscribuntur, qua in praeconcepta opinione saepissime ab ipsis Superintendentibus aut Pastoribus, eorum constitutioni sese immiscentibus, confirmantur. Nondum vero iis foro seculari se subducentibus feliciter successit. Antiquos mores perlustrantibus statim apparet, eos leuis quoque notae macula laborasse, vti turricola, nec eorum liberos ad opificia, nec eos ipsos ad S. S. Eucharistiam admissos fuisse, teste SCHEIDIO *Diff. de Iure in Musicos*. Iam in Speculo Saxonico L. I. art. 37 et 50. et L. IV. art. 45. parui aestimantur musici, (*die Spielteute*) forsitan ex inueterata opinione, eos non sanae mentis esse. Ita FIGARDVS in *Commentario ad Aristot. polit.* referente KIRCHMANNO ad *Cornel. Nep.*: *Non decere, inquit, virum honestum, exercere musicam, nisi forte ebrius eo proueat, aut ioci causa faciat; et ATHENAEVVS apud ERASM. in Adagijs, sub voce: in stupidos: Dii tibicinibus numquam mentem inseruere, sed simul ac flarint, auolat illico mens.* Huic opinioni quoque inhaerere adhuc videtur priuilegium, buccinatoribus concessum, art. 10. vbi dicitur: *Es soll auch kein ehrlicher Trompeter und Heerpauker mit Gaucklern, Thürmern, Stadtppfeifern etc. Gemeinschaft haben.* vid, antea laudata HILLERI *Diff. de abusu opif.* Hic vero



vero mos tubicines diffamandi iam in glossa ad cit. art. 50. Iur. Pröv. Sax. restringitor his verbis: *Das Wort Spielmann aber vernimm von Friedlern, Lautenschlägern, und ihren Genossen. Vernimm aber nicht diejenigen, welche auf künstlichen Saitenspielen nach der rechten Mustica spielen: plane vero sublata est in Ord. polit. Francofurthenſi de anno 1577. vbi Art. 38. von Handwerksöhnen dicitur: Setzen, ordnen, und wollen Wir demnach, daß die Leinweber, Barbierer, Schläfer, Müller, Zöllner, Pfeifer, Trompeter, Bader, und die, deren Eltern, davon sie geböhren sind, und ihre Kinder, so sie sich ehrlich und wohl gehalten haben, hinführo in Zünften keinesweges ausgeschlossen seyn, sondern wie andere redliche Handwerker aufgenommen und dazu gezogen werden sollen, quod edicto Caesareo de praecidendis abusibus opificum de an. 1731 et 1771 repetitum esse inter omnes constat. SCHMIEDERS Sächſ. Polizeyverfassung §. 3 et 6 loc. laud. Respectu muneris, tubicini publico conferendi, multae iamiam lites exortae, cum a Superintendentis consensu, in electionem impetrando, saepissime magistratus dissentiat. Nec ipsa olim hac in re conveniebant consistoria, Lipsiense et Vitebergense. Lipsienses enim d. 12. Dec. 1764. rescribent Superintend. et Senat. D. vii refert KÜSTER. ad DEYLING. pag. 644. hoc tenore: *Nachdem nun die anno 1729 von dem eligirten Stadtmusiko auf des Raths Gutbefinden mit Bewilligung des damaligen Superintendenten in der Kirche abgelegte Probe, und deren mit Widerspruch des Raths von gedachtem Superint. sich angemaste Abkündigung weder die Qualität des Stadtmusici ändern, noch bey andern dergleichen Fällen zur Consequenz wider den Rath angezogen werden kann — so habt ihr, der Superintendent, den Rath an der ihm zustehenden freyen Wahl seines Stadtmusici nicht zu hindern. Aliter vero Consistorium Vitebergense pronunciauit in*
*caussa**

caussa S. et P. B. et Senatus oppidani eiusdem loci, die 30. Mai. 1704. Ita rescriptum se habet: *Daraus so viel zu befinden, daß Beklagte, ehe und bevor wegen eines Kirchenmusci von ihnen eine Wahl geschlossen wird, mit Klägern daraus zu communiciren schuldig, also ohn ermeldeten Klägers Vorbewußt und Einwilligung angeregte Wahl zu bewerkstelligen nicht berechtigt, die beyderseits aufgewandten Unkosten aber werden aus bewegenden Ursachen gegen einander billig aufgehoben.* Hac de controuersia si aperte animi nostri sententiam proferre liceat, constitutio tubicinum tamquam res mere politica, (nam musica ecclesiastica eos nondum in censum clericorum redigit) inspectoribus politiae nullo modo adimi potest, nec iustam eorum constitutioni se immiscendi Superintendentibus praebet causam. At enim vero si musicus sit ita comparatus, vt absque scandalo ad hoc ministerium, in ecclesia obeundum, admitti nequeat, optime sibi consulat Superintendens, si, relata prius tota causa ad consistorium, contra eorum confirmationem protestationem interponat. Non vero vnusquisque ad hoc munus aspirare potest, sed duo praecipue requiruntur, *primo* artis peritia, *deinde* legitimi natales. Prius ad explorandum, publicum vel in curia, vel in templo instituitur tentamen; posterius literis natalitiis probatur et originem suam debet statutis musicorum instrumentalium a Ferdinando III. 1658 confirmatis. f) Duplex in iis exeutiendum officium ecclesiasticum et seculare. Quoniam vero ministerium in templo expediendum primaria causa est, cur, licet inepte, clericis accensetur, de eo primum videat.

f) vbi art. 11. ita disponitur: *Gleichergestalt soll auch kein Lehrmeister einen Lehrknaben von obbemeldeten oder andern untüchtigen Personen, sondern diejenigen, so zu Begreifung der musikalischen Kunst aufgedingt, und von ehrli-*



videamus. Non quidem potest negari, ex analogia legum, de organoedis disponentium, ad musicos ecclesiasticos non absone argumentari posse, eodem enim iure, quo illi; etiam hi Clerici esse possunt. Annumerantur quidem diferta lege Saxonica organoedi clericis, nimirum Rescr. d. 12. Nou. 1700. vbi verba: *Wir werden glaubwürdig berichtet, daß unterschiedene Kirchen- und Schuldiener, darunter nicht weniger die Organisten und Glöckner gehören, e. f. p.* cuius vero ratio vix explorari potest. Nec vsu comprobatur clericatus organoedorum, contrarium enim ex *Iure Magd. et Cellenf.* euincit BOEHMER. *I. Eccl. L. II. T. II. §. 46.* Quare non respuenda est opinio HOMMELII *Rhaps. Obs. §. 23:* confirmationem (et exiude descendentem fori exemptionem) in organicis, quia rarius fit, non esse praesumendam. *§*)

Sed vt ad rem reuertamur, licet Calvinisticae et Tremuli (*die Quäker*) omnem musicam ex templis proscribant, THOMAS. *K. Rechtsgel. c. VIII. §. 13.* nostri tamen reformatores aliter sentierunt, nec video, si
ad

ehrllicher Geburt sind, annehmen; dergestalt denn jeder Lehrknabe bey seiner Aufdingung seinen Geburtsbrief vorzuzeigen schuldig ist. Ceterum vocatio et praesentatio, quam MYLIVS in Diss. de Mus. eccl. Cap. II. §. 4 exigit, vsu destituitur.

g) Clericatus musicorum aliqualem causam quaerit WILDVOGEL in *Diss. de buccinat. in insituto reipubl. Iudaicae, vbi ex praecepto diuino Num. 10. v. 8. filii Aarons sacerdotes ius buccinandi exclusiue obtinuerunt. Attamen in Saxonia pro clericis haud agnoscentur.* vid. *Aus Schreiben den 3ten Febr. 1676.* vbi verba: *Vom Fleischpfeunig können wir die Geistlichen eximiren, worunter aber mit nichten Organisten, Stadtpfeifer u. dergl. mehr, zu verstehen.* Sasse THOMAS. in *der Kirchenrechtsgelehrtheit c. VII. ait: Es muß ja die Kirchenmusik eine recht gute Sache seyn, es werden auf solche Weise mehr personae sacrae.*

ad pietatem excitandam laudesque diuini numinis celebrandas adhibeatur, cum hominibus inlitum sit, laetitiam non solum gestibus, sed etiam voce, alioque modo exprimere, cur sit reiicienda. Diuiditur vulgo in vocalem, instrumentalem et mixtam, ex quibus solummodo instrumentalis ad nos pertinet. Quod iam a multis, vt a BRUNNEMANNO *Iur. eccl. L. I. c. VI. membr. 8.* WERNHER. *Isp. eccl. c. VIII. §. 29.* et ROHR *im Kirchenrechte p. 804.* non decet cultum diuinum theatralis nimisque figurata musica, ^{h)} quae aures modo mulcet, et profanis scenicisque cogitationibus anam praebet, sed grauis, pia castaque vti non solum canones Cap. 1 et 2. dist. 92. ⁱ⁾ c. vn. de vet. et honest. cleric. extrav. comm. sed etiam recentiores leges praecipunt, vt Partic. *Schulordnung p. 297. Ord. eccl. Coburg. c. VI.* vbi dicitur: *Es sollen auch solche Stücke georgelt und figurirt werden, welche nicht leichtfertig, noch zum Tanze mehr, denn zum Gottesdienste, sondern ihre gebührliche theologische Gravität haben.* Nec tamen sit nimis longa, reliquasque exercitationes in cultu diuino impediat. Plerisque etiam in locis vsu receptum, vt buccinis tympanisque solemnia festa celebrentur, vt v. c. Festum Paschat. Pentecost. Reform. sacror. festum, et quo pro denuo confirmato Senatu publice orari solet, et ciues ex suggestu sacro ad fidelitatem iterum admonentur, et alia plura.

C 2

Quod

- ^{h)} De vsu et abusu musices eccles. multa scripta exhibet KRÜNITZ *Oekon. Technol. Encyclop. T. 38. p. 591* sq. *Eam vel plane e templo exterminandam, vel saltem cultu diuino peractio instituendam disponit Erneuerte Preussische Verordnung über das Kirchen- und Schulwesen d. a. 1734.*
- ⁱ⁾ vbi haec leguntur: *Deo non voce, sed corde cantandum, nec in tragœdiorum modum guttur et fauces dulci medicamine leniendae sunt, vt in ecclesia theatrales moduli audiantur et cantica, sed in timore, in opere, in scientia scripturarum.*



Quod ad expediendum musici oppidani iure gaudent quaesito. Ob-
 stare quidem videtur paroemia, buccinatores priuilegiatos, nonnullis
 priuilegiis munitos esse. Nullum tubae clangorem vniuerso in orbe esse
 audiendum, nisi a priuilegiatis. Quae tamen hic exceptionem patitur in
 musica ecclesiastica, neque minus in cantu buccinae ex turre et in aca-
 demicis solemnitatibus adhibeado. vid. *Erläuterung des wider das un-
 befugte Trompetenblasen ins Land ergangenen Mandats den 17. Dec.
 1736.* Pariter iis quoque in solemnibus nuptialibus, baptisimatibus, per-
 sonarum illustrium aut gradu academico insignitarum, quoties in loco
 castrensis aut aulicus buccinator reperiri nequeat, conceditur, caueant
 tamen sibi rusticorum aut opificum epulas cantu buccinae pulsaque tym-
 panorum celebrare (*Trompeter-Mandat den 23sten Jul. 1711.*) Quod
 priuilegia eorum attinet, MYLIUS in dissertatione *de musicis ecclesiasti-
 cis*, omnia, quae clericis competunt, iis quoque tribuit, qui vero, cum
 cantores, organicosue eorum in censum refert, pauca habet ad musicos
 oppidanos applicanda. Haec nobis memoratu digna videntur, quod
 gaudeant suis statutis per totam Saxoniam vigentibus, omnesque ad
 publicas solemnitates adhiberi soleant. ^{k)} Hoc singulare quoque est
 priuilegium, quod in litibus, famam aut professionem eorum concer-
 nentibus, res decidenda sit, a sex magistris vicinis, adiectis tribus e so-
 dalibus. (MYLIUS Cap. 6. §. 6.) Ceterum nullo foro priuilegiato
 gaudent, nisi ratione officii in templis peragendi, vbi foro ecclesiastico
 subsunt.

^{k)} Ius vero prohibendi, leges Saxoniae haud concedunt. Neque enim priu-
 ilegia buccinatoribus concessa, quae refert WILDVOGEL *Diss. de buccina-
 tor. p. 26*sq. ad nos pertinent, neque singulare ius, musicis, iurisdictionem
 comitis Rapoldsteinensis agnoscentibus, concessum, quod refert SCHEID *de
 Iure in musicos.*

subfunt. (vid. ILL. HOMMEL. *Iur. pr. eccl. p. 10.*) Denique etiam iure gladii ferendi pollent. (*Ansehlag den 1sten Aug. 1743.*) Quoad eorum salaria, mores variant. Haec in *Ordinatione Politiae d. 1612. et 1661.* constituta legimus, ne in nuptiis, epulis baptismalibus etc. iis honorarium, V Ioachimicorum summam excedens, praestetur, nec aliud munusculum, aut auctoramentum, ab iis exigatur. Denique reditibus eorum adhuc annumerari possunt munuscula illa, quae auspiciis noui anni ostiatim colligunt.

§. V.

De ostiariis.

De munere ostiarii (*Kirchenvoigt*) verba faciens, sermo non est de illis, qui iure Pontificio vltimum locum inter clericos minorum ordinum tuebantur, quorumue curae demandatum fuit, claudere et recludere fores templorum, expellere excommunicatos et haeticos et s. p. (vid. Cap. I. Dist. 21 et 25. — ERÜCKNER. *Diss. de hierophylacibus* Art. 3. §. 4. vid. quoque THOMASII *Diss. de desertione ord. eccl. §. 12.*) Hodierni enim ostiarii plane non clericis adscribendi, nec etiam forum ecclesiae sortiuntur, nisi, dum turbatores sacrorum profigare teneantur, ipsi, nimia forsan indignatione ex officio, abrepti, maiores turbas excitant. Quod si autem ipsis officio suo fungentibus resistat aliquis, aut iniuria eos afficiat, huius delicti cognitio Consistorio referuanda. (vid. THOMAS. *Kirchenrechtsgelahrh.* Cap. IV. § 6. Eliguntur et constituuntur a magistratu, licet ex aerario ecclesiastico salarium suum plerumque recipiant, nihil tamen fecius et Superintendententi aut Pastori negatium de eorum electione votum competere, dubitare non ausim. Hoc vero ipsis praecipue iniunctum est curae, ne canes aliaque animalia templum inuadant. Legibus iam Iudaeorum exosi fuere canes, quod videre li-



et e *Deut* 23, 18. In Concilio vero Constantinopolitano, habito Iuliano II. imperante, ita decretum legimus: „*Si quis autem deprehensus fuerit, sine necessitate iumentum in templum introducere, si sit quidem clericus, deponatur, si laicus, segregetur.*“ Et in Concilio Aquisgranensi, 789 habito, denuo proscribitur miserum illud animal his verbis: „*Vnusquisque vestram videat per suam parochiam, ut ecclesia Dei suam habeat honorem, et altaria secundum dignitatem suam venerentur, et non sit domus Dei et altaria sacra peritiam canibus.*“ (SIEBER. *Diss. de cane ex templis exterminando* §. 26.) Quare etiam clericis canes alere prohibitum fuit. (Id. §. 28.) ^{l)} Cuius prohibitionis causam esse puto illorum immunditiam, latratum, et foedam libidinem. ^{m)} Sed non canum tantummodo arcendorum cura iis demandata est, sed aliorum quoque animalium, ut porcorum, gallinarum, ouium etc. Etiam attendere debent, ne vagitus infantium, puerulique perulantes, deuotionem auditorum iritent. Tandemque sollenni benedictione sacerdotali, plebem rerum nouarum cupidissimam, arcere debent, et prospicere, ne aditus venientibus claudatur.

§. VI.

De altariſtis.

Nouum ordinem pseudoclericorum constituunt *altariſtae*. Sub voce *Altariſtarum* (*Altariſte*) neque ipſos clericos, neque administratores honorum eccleſiaſticorum intelligimus, ſed potius iſtos, qui in Coena Domi-

^{l)} *Durante cultu diuino, ut canes retineantur domi, praecipit Markgräff. Bayreuth. Befehl d. 9 Febr. 1657.*

^{m)} *Rara enim eſt auis Canis Corbeiſis ſimilis, qui tam religioſus fuit, ut miſſam diligenter audiret, ieiunia obſeruaret, omnesue canes laceraret, qui tempore muros ſpurcare auderent, SIEBER Diſſ. cit. §. 6.*

Domini, pro consuetudine loci, iis, qui vinum panemque consecratum accipiunt, aperta solent subicere linteola, ne forte vini guttula aut particula consecratae hostiae in terram cadat. (vid. Cap. XXV. de *Consecr.* Dist. 2. SCHILTER. L. I. Tit. X. §. 11.) Ritus hunc, ex transubstantiatione Pontificiorum prouenientem, supersticiosum esse cum THOMASIO (*Kirchenrechtsgelahrh.* Cap. IV. §. 6.) affirmare non dubito. Sed abrogationem consulenti adspiculi, vix audeo, quia forsitan maiori superstitioni praebere anfam, vid. *Ord. eccl. Cob. L. II. C. 2.* Quare etiam art. gen. 8. pastoribus iniungitur, ut prospiciant, ne vinum effundatur, aut debita modestia laedatur. Hinc in primis celebris illa quaestio excutienda, ad quem pertineat legatum Altaris adscriptum, num ad oeconomos, aut clericos ipsos, aut ad supra dictas referendum sit personas. CAREZOVIVS *Ipr. eccl. L. I. Def. 323.* Altaris relicta ipsis parochis adiudicat, quae quidem sententia etiam RESCRIPTO d. 14. Jun. 1630 confirmata est. Dissentit SCHILTER in *Iur. Can. L. I. T. X. §. 11.* et potius rerum ecclesiasticarum curatoribus deferendum putat esse legatum. HORN. in *addit. ad l. c.* SCHILTERI distinguit, num in loco, ubi testator vixit, vel inter ministros ecclesiae, quibus legatum sit, personae, sub nomine altaristarum veniant, nec ne? Priori casu ad eos, posteriori vero ad ministros ecclesiae proprie sic dictos pertinere contendit. Nostis vero, in Eucharistia ministrantibus, et, nisi fallor, optimo iure adscribit, (REGNER. *Vorstellung der in Churfachsen üblichen Rechte.* §. 136.) quia fere vbique exclusiue nomine altaristarum veniunt; vid. quoque BÖHMERS *Iur. Paroch. S. VI. c. I. §. 17.*

§. VII.

De Oeconomis bonorum ecclesiasticorum.

Aliud genus personarum ecclesiasticarum sistant administratores bonorum ecclesiasticorum aliarumque piarum, caussarum. Horum in censum



sum praecipuis veniunt: 1) Antistites s. oeconomi; 2) sacculi sonantis ministri; 3) curatores aerarii pauperum; 4) Hospitalium, quorum munera singulatim perpendamus. Plerisque quidem in locis antistitis, et sacculi sonantis ministerium in vna eademque persona coniunctum est. (BOEHMER. I. P. S. VI. C. 1. §. 17.) Quoniam vero haec non vniuersalis deprehenditur consuetudo, primum munus oeconomi, deinde sacculi sonantis ministri speciatim excutiamus. Administratores bonorum ecclesiasticorum, qui etiam oeconomi, antistites, curatores, praefecti aerarii ecclesiastici, et nostro idiomate *Kirchväter*, *Kirchenvorsteher*, *Kirchenverwaltet*, *Kastenvorsteher*, *Kastenvoigte* audiunt, constituuntur plerumque a patrono, notitia facta Superintendententi et Pastori, quibus tamen votum negatium solummodo competit, (KÜSTNER ad DEYLING. p. 708 ⁿ) rarius a parochianis, nisi loci consuetudo id possulet. (BRUNNEM. L. I. Cap. VI. m. XII. §. 18.) Quoniam vero munus publicum est, et cum minoribus comparatur ecclesia, ad administrationem istam eodem modo, quo ad tutelam, quemque ciuem multa, carcere et s. p. cogi posse, in propatulo est, licet excusationis causam, modo iusta sit, afferre non sit prohibitum. (*Generale den 30. Sept. 1729. Magdeb. Instruct. de anno 1751. §. 3.*) Attamen vltro se obtrudentibus non defertur hoc munus, quoniam suspecti sunt se ipsos ingerentes (Lex 21. §. 6 ff. *de tutor.*) In regula neque senatoribus, neque rerum fiscalium administratoribus mandandum est, tum, quia iam

ⁿ) In ecclesiis Marchicis, in quibus Rex ius patronatus exerceat, omnia eorum bona commune in aerarium reducta sunt, cui directorium praest, bona ecclesiarum administrans. *Königl. Pr. Reglement für das Director der Kirchenverwaltungen in der Churmark.* Et in terris Onolzbacensibus in praefectura Stauffiana omnia ecclesiarum bona communis antistitis curae substant, qui vocatur *der Heilige Verwalter.* KRÜNITZ etc. T. 38. p. 301. Quare eos in generales et speciales dispescere placet.



iam aliis negotiis dissentiunt, cum, quia bona eorum fisco iamiani sunt obligata. (vid. *cit. Generale*) Iure Magdeburgensi prospectum est, ne parochi, ludimagistri, patroni, aut domini Iurisdictionis hoc officium suscipiant, quoniam simul administratores et inspectores esse nequeunt. (*Instr. Magdeb. cit.*) Num vero civis ordinarius an incola sit, nil interest. (BOEHMER. *I. P. S. VI. C. I. §. 24.*) Eligendi vero sunt homines pii, cordati, patresfamilias boni, oeconomiae periti, aetate profectiori gaudentes. (REGNER. §. 136. *Art. gen. 35.*) Quod ad numerum attinet, hic pro facultatibus ecclesiae variat, attamen duo semper constitui debent (*Art. gen. 35.*) Neque minus locupletes requiruntur, qui idoneam, et quotannis demandatae eorum curae pecuniae adaequatam praestare possint cautionem. Admittuntur igitur solum rerum immobilium possessores, si secus hypotheca iudiciali, pignori- bus aut fideiussoribus sistant cautionem, neque hac cautione hypotheca tacita, quam ecclesia de omnibus eorum bonis habet, tollitur, (vid. Ill. HOMMEL. *Ipr. eccl. p. 216.*) Iure Marchico Superintendentes, aut Patroni, hanc cautionem exigere negligentes, in poenam incur- runt. (*Königl. Pr. Verordn. de an. 1753.* Denique etiam confirmandi et iuramento ad fidelem administrationem adstringendi sunt, (CARPZ. *L. II. def. 313.* BOEHMER. *I. P. S. VI. §. 1. et 20.*) licet confirmatio plurimis in locis negligatur, quam tamen exemplo tutorum et curato- rum in usum revocare suadet BOEHMER. *l. c.* Neque dubito, eos ob generalitatem dispositionis in *Mandato zu Erläuterung und Einschränkung der Constitution von anvertrauitem Gute de 17. Febr. 1767.* ad di- ctam constitutionem obstringi posse. Ratione administrationis geren- dae, id, quod per se patet, forum sortiuntur ecclesiasticum. Quare coram iudice ecclesiastico se sistere tenentur, haud requisito magistratu



ordinario. (BEYER. ad CARPZ. L. II. Def. 323. SCHILTER. II. T. 6. §. 22.) In personalibus ordinario iudicio se subducere nequeunt. *)

Officia eorum ad haec reduci possunt, vt augendis, conseruandis, et parce dispensandis bonis ecclesiasticis omnem nauent operam. Quare etiam de acceptis erogatisue codicem rationum conficere, suaeque administrationis rationes quotannis Superintendententi, singulis trienniis Patrono, Superintendententi, domino iurisdictionis et parochianis ad examinandum exhibere tenentur. (Mand. den 21. Apr. 1721. den 31. Apr. 1699. Art. gen. 35. Rescr. den 30. Sept. 1625. et den 30. Ian. 1636.) Quoniam vero ambitus administrationis eorum tam late patet, vt breuissimus conspectus officiorum ab antistibus obseruandorum libelli huius fines excederet, remitto lectores ad Scriptores, satis superque hanc materiam enucleantes. (BOEHMER. Ius Par. Sect. VI. Cap. I. §qq. CARPZOV. L. II. def. 313 §q. et BEYER. in additam. ad ips. III. HOMMEL. scriptorum hodiernorum de Iure ecclesiastico facile principem, in *Iurispr. eccl.* p. 216. BESECKE *Unterricht zu einer accuraten und leichten Verwaltung der Kirchenvorsteher.* Halle, 1776.)

Quomodo codex rationum ipsaeque rationes conficiendae sint, docet REGNER §. 137. et KRÜNITZ in *Oek. Technol. Encyklopädie* T. 36. p. 720. Paucis adhuc, quomodo eorum finiatur munus, videamus.

Prima

- o) *Reglement zu Entscheidung der Differentien zwischen der geistl. und weltl. Gerichtsbarkeit.* §. 18. „Die Cognition über Kirchen- und Gottesackervorsteher in denen von ihrer Administration herrührenden Rechtsfachen betreff. Verbleibet die Cognition über Kirchen- und Gottesackervorsteher, auch alles desjenigen, was von ihrer Administration herrührt, bey den Consistoriis.“

Prima causa, ex qua inhabiles fiant ad ulteriorem administrationem, est admissio delicti infamantis, eos suspectos reddentis, ut furti, abnegati depositi, falsi, et s. p., deinde lapsus facultatum, porro remotio, ob perfidiam admissam facta, ubi non solum omnia surrepta restituere coguntur, sed ipsi quoque in poenam incurrunt. In subsidium, qui eos constituunt, ad restituenda ablata tenentur. (arg. tit. ff. de magistrat. conueniendis. BOEHMER. I. P. Sect. VI. C. I. §. XXI.) De excusatione iam superius dictum est. Morte denique etiam finitur eorum officium, ubi tamen eorum haeredes ad ea, quae dolo lataque culpa subtracta sunt, resarcienda obligantur. (BOEHMER, I. P. Sect. III. §. 9. TITIVS *Probe des deutschen Kirchenrechts*, L. V. C. I. §. 16 sq.)


§. VIII.]

De ministris sacculi sonantis.

Sacculi sonantis ministri (*Klingelväter*, *Klingelsäckler*, *Cymbelträger*) plerumque, ut iam diximus, bona ecclesiastica simul administrant; hic tamen nequiquam mos est vniuersalis cum saepius etiam aedituis, imo et senatoribus, quin et ipsis consulibus pro consuetudine loci demandetur. (WERNHER. I. E. C. XII. §. 8. BOEHMER. I. Pr. Sect. VII. C. I. §. 16. Quinimo hoc officium interdum tamquam onus reale praediis inhaeret, quare, si foemina possideat praedium, per substitutum illud obire munus tenetur. (Illustr. HOMMEL. p. 145. HORN. ad SCHILT. L. I. T. X. §. final.) Hoc officium cum sit publicum, a quouis ciuium subeundum est, etiam ab incolis. (WILDVOGEL. Diss. de oblat., quae fiunt per sacc. sonant. C. 8. §. 11 sq.) non vero a forensibus. Quoniam vero hoc ministerium corporis sit, et inter viliora mu-



nera collocetur, Doctores et honoratiores ciues ab eo sunt immunes. (PETR. MÜLLER. *Diss. de gradu doctoris Cap. V. §. 4.* MENCKE *ad ff. Lib. L. Tit. IV. §. 3.* WILDVOGEL. *cit. Diss. §. 2.* Ipsi pariter clerici hoc ab officio sunt immunes. BÖTTCHER. *de iure Clericor. Th. 6.* Neque tamen hac ex causa fordium hoc munus est, ut dissolutionis vitae ex infima plebe quis huic praeficiatur, nam spectatae fidei probique nominis homines eo requiruntur. Ita disposit. in *Ord. Prou. Goth. P. I. C. 6. T. 4.* Defertur vero a Patrono vel Magistratu, consentiente Superintendente, cui votum negatiuum non denegandum est. (HORN. *ad SCHILT. L. I. T. X. §. fin.* ubi praeiudicium reperies.) CLERICIS vero non sunt annumerandi, neque quoad personam suam foro ecclesiastico subsunt. (WILDVOGEL. *l. diss. C. VIII. §. 4.* Licet enim alendis pauperibus et ecclesiae ministris subsidiales praesent operas, non vero, ut WILDVOGEL vult, exercitio cultus diuini inferuiunt, mere tamen sunt laici, (Illustr. HOMMEL. *Rhapf. obs. 123.*) Quare etiam nullam causam video, in personalibus eos iurisdictioni ecclesiasticae subiiciendi, aut patrono denegandi facultatem, eos constituendi, quod WILDVOGEL *l. c.* autumat. Cura enim bonorum ecclesiasticorum eodem modo, imo magis ad patronum pertinet, quam ad forum ecclesiasticum, quia in casu necessitatis ecclesiam eiusus ministros sustentare tenetur. Officium eorum paucis absolui potest. Obligati enim sunt ad sacculum unicuique offerendum, nec facile aliquem sponte sua praeterire possunt: si secus faciant, actio iniuriarum in eos locum habet WILDVOGEL *Diss. c. V. §. 2.* HORN. *ad SCHILT. L. I. c. X. §. II.* Cui vero nummorum oblatorum numeratio competat, non satis liquet, et adhuc sub iudice lis est, qua de re gravis disceptatio extat apud WILDVOGEL. *Resp. 189.* Iure Marchico super altare haud effunden-
 dus


 dus est sacculus, sed praesente parochi ab altarista in sacello ecclesiae, vulgo *Sakristey*, numerandae sunt oblationes, earum summa dein ab eodem in tabulam referenda, et ita in arcam ecclesiasticam includenda, ex qua singulis trimestribus expromi, et de qualitate et quantitate apocha a praeposito dari solet. (*Ord. eccl. Magd. d. an. 1685. Cap. 25. §. 3. Instruct. Magd. de an. 1757. §. 7 et 8.* Quod si forte altarista pecuniam sacculo inclusam surripuerit, sacrilegii crimen non committit, nec rotae supplicio, sicut effractores arcae eleemosynarum, plectendus est. (*Const. crim. Carolin. art. 173*) seuerius tamen procedendum hoc in crimine est, quam in quouis alio furto. (*WILDBOGEL. I. Diff. C. III. §. 6 et 7.* Dissentit *HOMMEL. Obs. 54.*, qui illud, vt aliud furtum, puniendum esse asserit.

§. IX.

*De administratoribus bonorum piis causis
inseuerientium.*

Quo plures res in censum piarum causarum veniunt, eo plures quoque administratores circa eos constitutos videmus, de quibus adhuc quaedam adiciere licebit. Solummodo vero munus curatoris pauperum, nosocomiorum et ptochotrophiorum, parabolani, ipsorumque pauperum hospitii publicis receptorum, officia exploremus, cum reliqui administratores piarum causarum vix habeant officia ab his aliena. Cura pauperum tam ad forum ecclesiasticum, ex usu a veteribus temporibus ad nostra translato, quam ad seculare referenda, quoniam ad politiam, cum eo arctissime coniunctam, spectat. Cum bona ecclesiae ex prima constitutione bona sint pauperum, et nonnullae eleemosynae ex penu ecclesiae depromantur, cura quoque non deneganda est ecclesiae. Quod si vero

D 3

exulat,



exulat, magistratui politico sua quoque iura intacta sunt seruanda. Quare Chemnitii, (quam patriam uoco dilectissimam, ob munificentiam erga pauperes, optimeque instructum nosocomium, merito laudandam,) cum ex Mandato de an. 1772. *Von Verforgung der Armen* etc. emisso, noui reditus alendis pauperibus essent determinandi, nouum quoque et a foro ecclesiastico independens instructum est aerarium pauperum, cuius administrator solummodo a Senatu et tribunis plebis constituitur, hisque rationibus reddere tenetur. Eliguntur uero praefecti aerarii pauperum (*Armenvorsteher*) plerumque e Senatu oppidano, cum praefectu et consensu Superintendentis aut Pastoris. (BOEHMER. *I. E. Prot. L. III. Tit. 36. §. 44. Art. gen. 33. §. 2.* Suprema uero inspectio, ex principis concessione, neuisquam uero e iure episcopali, ad Consistorium pertinet (BOEHMER *l. c.*) Ne uero pauperes defraudentur, non quilibet huic muneri est idoneus, nisi qui qualitatibus in gerendo isto munere necessariis satis sit instructus. Absint igitur homines desidiosi, suae magis, quam pauperum utilitati consulentes, decoctores dolosi, aliique eiusdem conditionis. Potius homines frugi, boni piique patresfamilias adfiscantur. Inprimis, ex legg. Sax. sint bonorum immobilium possessores (*Mand. d. 28. Dec. 1733.*) Neque minus, quam curatores ecclesiae, iureiurando sunt obstringendi, iisque dispositio de concredata pecuniae (*Von anvertrauten Gut*) summa, inprimis erit imprimenda. Praeterea quoque cautionem idoneam praestare debent. Eorum quod attinet officium, praesertim his tribus, nimirum colligenda, seruanda, et dispensanda pecunia, pauperibus destinata, illud absoluitur. Quod eius collectionem attinet, non solum quauis hebdomade uel mense eleemosynas a singulis colligere debent, quas conferre si quis recusat, ad determinatam summam statis temporibus praestan.

1772

praestandam, condemnari potest, (vid. *Mand. d. an. 1772.*) sed etiam in coniuviis nuptialibus, baptismalibus, aliisque negotiis celebrandis (quae refert REGNER. §. 98.) ciues ad stipem pauperibus praestandam admonere studeant. *Mand. d. 1729. 1748. d. 1772. c. I. §. 4. n. 1-2.* Quod ad aerarii conseruationem attinet, si pecunia abundet, eam foeneri collocent, vbi tamen de securitate per hypothecam aut pignora, aut fideiussores sibi prospiciant, ne fortis male creditae periculum suslineant. Sedulo vero sibi caueant, ne pecuniam pauperum suam in rem vertant, quoniam *Mand. d. 1767.* ad quadruplum refarciendum obligantur. Denique etiam improbos mendicantes, prodigos ad incitas redactos, (WILLENBERG *Diff. de obligatione ad dandas elemosynas §. 14.*) scorta et eiusmodi pravae indolis homines, in pauperum numerum numquam recipiant, exteris indigenas, i. e. qui saltem per duos annos in loco commorantur, praefertant, occultos vero ex pudore pauperes explorent, absque laesione verecundiae necessaria iis subministrant vitae subsidia. (*Art. gen. 14. BRUNNEM. L. I. C. VI. m. 7. §. 5.*) illis vero pauperibus, qui adhuc laboribus pares sunt, materiam, v. c. lanam, linum, ad parandas inde merces, inque usum aerarii vendendas, suppeditent. (REGNER. §. 99) Vix vero suadendum erit, vt iis pecuniae summa subministretur, quoniam eo ipsis facilius, eam dilapidandi, porrigeretur occasio. Praeprimis autem ipsis curae cordique sint orphani, quos rebus omnibus ad futuram salutem necessariis insituant. Praeterea, vt laboribus suis congruum accipiant salarium, notandum insuper est.

Hospitia publica iam inde a primitiuis ecclesiae Christianae temporibus foro ecclesiastico subiecta fuerunt. Quod apparet ex *L. 46. §. 2. Cod. de episcop. et cler.* et confirmatum est a pontificibus *c. 2. et 4. X. de rel. dom.* Harum legum ex auctoritate etiam apud nos inspectio
Hospi-



Hospitalium foro ecclesiastico demandata est, licet ipsa nec magistratui sit deneganda, quoniam inspectio politiae hanc quoque curam inuoluit, (BOEHMER *I. E. Prot. L. III. Tit. 36. §. 42.* quod etiam Iure Magdeburgico, Vinariensi, Coburgensi et Hassiaco constitutum apud eundem legimus. Quod tamen respectu fori ecclesiastici exulat, si magistratui seculari, vel privilegio vel praescriptione iurisdictio exclusiua sit acquisita. Ita de Hospitali maiori Argentoratensi testatur SCHILTER *L. II. T. VI. §. 13.* Et celebre orphanotrophium in suburbio Halensi solam Academiae agnoscit iurisdictionem. (BOEHM. *l. l.*) Idem Hafniae in Hospitio ad Spiritum sanctum obtinet. Iplis interris Romano Catholicorum non numquam episcoporum in Hospitalia iurisdictione excluditur, vti Hospitio Regio Augustae Taurinorum, Mediolanensi, illoque, quod olim Lutetiae Parisiorum sub nomine l'hotel de Dieu vigebat, et aliis. Ita quoque in terris Austriacis Inspectio Episcoporum in hospitalia vsu destituitur.

Ad administranda Ptochiorum bona, eorumque ciues sustentandos etiam certi curatores, (*Hospitalverwalter, Lazarethväter*) constituuntur, ab iisdem et eodem modo, quo curatores pauperum; de eorum vero officio, cum eiusdem ambitus, cuius antislitum, sit, latius disserere, superfedere possumus. Consulendi sunt FRITSCHE *Diss. de Iure Hospitalium*, et BOEHMER. *I. E. Protestantium L. III. Tit. XXXVI.* Forum quod attingit eorum, intuitu administrationis, ecclesiastico submittuntur, rationesque Superintendenti et Delegatis a Magistratu aut Patrono reddunt. Ceterum in aliis negotiis a sua administratione alienis, ad forum privilegiatum prouocare nequeunt, quod sancitum est in dicto REGULATIV §. 2. cuius verba: *Die Hospitalverwalter und Hospitalväter, wenn sie in Ansehung ihres Amtes in Anspruch genommen, oder*



in Untersuchung gezogen werden, ingleichen die Hospitallente in den zur Disciplin und Verfassung gehörigen Fällen, sind dem Consistorio, außerdem aber der weltlichen Gerichtsbarkeit zu untergeben. Es wäre denn ein Hospital selbst mit Gerichtsbarkeit versehen, oder die Obrigkeit über die Hospitäler ihres Orts solche allein auszuüben befugt. Neutiquam vero sunt clerici, uti WILDVOGEL *Resp.* 184. obtinere studet, nec privilegia ultra leges extendenda, ita enim BOEHMERUS in Ex. ad ff. exerc. 80. Cap. I. §. 8: neque enim interpretum est, ait, privilegia nova fingere, aut iura singularia certis causis tributa ad alias trahere causas et personas. Vid. quoque *Fleischpfennigauschreiben* den 13. März 1682. §. 4. Neque minus iis ex causis, quibus Oeconomi ecclesiastici, eorum finitur officium. vid. §. anteced. Praestant vero, exemplo tutorum, non solum leuem culpam, sed, si quid subtraxerint, gravissime puniuntur, ita ut interuersio centum Florenorum suspendio, L. fustigatione et sic porro puniatur. (*Mand.* den 17. Dec. 1767.) hodie vero Dicastria pro quantitate pecuniae defraudatae duorum, vel plurium annorum ergastulum solent dicitare. Imo eorum haeredes ad omnia damna, leui culpa data, resarcienda tenentur. (*Lex* 42 *C. de Episc. et Cler. Nou.* 123. c. 23. BOEHMER. *I. E. L. III. Tit. 36. §. 57.*) Hi quoque, qui in Hospitalibus aluntur, (*Spitalwäiter, Procruener*) in rebus, disciplinam spectantibus, Consistorio subsunt, et a Magistratu et Superintendente recipi solent. Reliquis vero in causis, ubi non ut ciues nosocomii, aut ptochotrophei considerandi, eodem modo foro civili subsunt. Sed quaestionis est, num in receptione in numerum incolarum Hospicii publici ad differentiam religionis respiciendum sit? Affermat hoc WILDVOGEL *Resp.* 184. No. 76 *sqq.* negat BOEHMER. *Diss. de iure circa libert. consc.* §. 47, cuius sententiam, tam ob dispositionem Instrum. pacis Osnabr.

E

Art.



Art. 5. §. 53., quam ob aequitatem amplector. Quinimo nec hoc ob-
servant discrimen Pontificii. Ita in nosocomio maiori Mediolanensi,
Florentino, Lugdunensi Segusianorum, nullus delectus observatur.
Nec Vindobonae in nosocomio maiori religio in censum venit: quare
an. 1780 quatuordecim Saxones et decem e Marchia, Augustanae con-
fessionis addicti, ibi reperiebantur. Executores testamentorum piis cau-
sis constituti, pari fere iure quam ipsi administratores censentur,
quare peculiari descriptione non indigent. Nec hic parabolani silen-
tio sunt praetereundi, qui, licet apud Pontificios ex clericis desume-
rentur, non minus Clerici sunt, et forum eccles. ratione officii
modo sortiuntur. SCHILTER. *Lib. I. T. 10. §. 8.* BOEHM. *I. E. P.*
Lib. I. tit. 25. §. 7. Apud eos, qui Romanae religioni addicti sunt, in-
primis Monachi et Monachae, hoc officio funguntur, ut ordo fratrum
misericordiae. Apud Evangelicos a magistratu, adscito pastore aut Su-
perintendente, eliguntur. Recentioribus temporibus Manhemii aliisque
in locis seminaria, ad eos instruendos, instituta sunt; de quibus vid.
KRÜNITZ Tom 36. p. 620. Denique in usum nosocomiorum aut
pochotrophiorum maiorum, saepius multas adhuc personas, medicos,
chirurgos, secretarios, calculatores, famulos, nonnullos opifices con-
stitutos videmus, quorum forum secundum leges foundationis, num sit
ecclesiasticum aut seculare, diiudicandum est.

§. X.

*De Catechetis aliisque ob ministerium, aut disciplinam,
foro ecclesiae subiectis.*

Horum ex numero, qui institutioni iuventutis inserviunt, quidam
in censum pseudoclericorum quoque veniunt, Catechetae, seu, ut po-
tius

tius audiant, *Kinderverlehrer*. Quos imprimis in pagis, longe a publica schola distitis, et ab parochianis, consentiente patrono, constitutos videmus. Quodsi pagus iam antea alterius pagi magistri disciplinae liberos instituendos tradere obstrictus fuit, tunc, eum constituentes, illum ludimoderatorem de cessantibus reductibus, per noui catechetæ assumptionem, indemnem praestare tenentur. Priori vero cessante, cessat et posterius. (KUNZE *Praktisches Kirchenrecht* p. 408.) Non prius vero ad scholas habendas admittuntur, nisi praeuio examine a Superintendente aut Pastore peracto, cuius etiam absque consensu nec suspendi, nec remoueri possunt. Confirmatio uero coram Consistorio si exulat, tunc etiam ordinario foro subiciuntur. (KÜSTNER ad DEYLING. p. 259 et 704. *Resolut. grauum. de an. 1715. Mandat von fleißiger Aufsicht der Schulen, vom 22sten May 1713 et de 8ten Ian. 1725. HORN. Class. I. Resp. 25.*) Porro huc quoque pertinent priuati educatores et informatores, quod apparet ex *Ord. Schol. tit. von Winkelschulen*, ubi disponitur: *Die Praeceptores bey Adlichen etc. sollen jedes Orts Pfarrer und Superintendenten unterworfen, und bereit seyn, denselben, vermöge habender Instruction, von ihrer Institution, Zucht und Disciplin Rechenenschaft zu geben.* Quod tamen ad exemptionem a foro ordinatio non est extendendum. Neque minus huc referendi sunt ipsi scholares, qui in causis, disciplinam spectantibus, Superintendenti et Patrono subordinati sunt. (*Partik. Schulordn. Tit. von Inspektoribus §. So nun auch etc.*) Omnibus uero aliis in negotiis foro seculari se subtrahere nequeunt (HORN. ad SCHILTER. *L. I. Tit. 13. §. 6.*) Quodsi discipulus Clerici filius politiam offendit, aut alio modo peccat, Magistratus rem ad Consistorium defert, eiusque decisionem expectat. Nec amplius illa decantata *authentica habita: Cod. Ne filius pro patre.* Si

E 2

scho-



scholares delictum committunt, iis contra vindictam brachii secularis patrocini-
 um praestat, magis enim ad academias iisque similia gymnasia applicanda.
 Aliud obtinet in alumnis Electoralibus, qui Synodo praecceptorum subsunt, quae in causis maioribus rem vel ad Inspectorem, vel ad Senatum ecclesiasticum supremum defert. Nonnullis quoque in locis e senioribus scholaribus aliquem electum et choro canentium discipulorum praepositum videmus, nomine Praefecti venientem. Hic quidem nonnumquam Cantoris vicem subit, quare quaestionis est, num quasi adiunctus Cantoris consideratus, forum eius sortiatur. Sed cum privilegia sint strictissimae interpretationis, magis est, ut pari iure cum condiscipulis suis fruatur. Peculiare ministerium nonnullis in locis obveniens Calligraphus (*der Stuhlschreiber*) constituit. Huius etiam mentio fit in *der Verordnung den 7ten März 1661*. ubi iis, qui a Magistratu rite vocati et a Pastore examinati sunt, vnus dolli a tributo cereuisiae imposito immunitas conceditur. Hi an veri sint clerici, nec ne? aliorum relinquo iudicio. Moris est in patria mea, ut laudati Calligraphi, ad istam immunitatem consequendam, Consistorio ad confirmandum se sistant. Quinimo cum ante quoddam tempus huius generis calligrapho munus Senatorii Poligraphi demandaretur, priusquam illud susceperet, Consistorii concessio ei erat expetenda. Num vero hic mos vniuersalis sit, affirmare non ausim, cum in praedicto Mandato nil de confirmatione dispositum sit. Praeterea talis institutio in scribendo et numeros addiscendo, qua puerilis aetas erudiri solet, qualem Calligraphi praebent, potius ad artes sequiores referenda, et inspectione ecclesiastica non satis digna videtur, nec eius inscitia graue damnum inferre potest rei scholasticae. Denique etiam, si coniecturis uti liceat, ipsam vocem *Stuhlschreiber* contractam ex voce *Rathsstuhlschreiber* esse suspicor,

cor, ita vt Poligraphum ciuitatis denotaret, quare hac quoque ex caussa foro fecculari postliminio restitui possit, sed merae coniecturae est ignoscendum. Ad personas scholae ministerium suum exhibentes, qui vulgo dicitur *Calefactor*, quoque referendus, qui vero non solum calefaciendis, purgandis aedibus scholasticis, nec non famulitii loco scholae Collegis inseruire solet, et plerumque a Magistratu, non dissentiente Superintendente aut Pastore, constituitur, hisque intuitu functionis suae obsequium praestare tenetur. Calcatores follium organi, vulgo *die Balkentreter*, etiam ab iisdem constituuntur, et intuitu officii foro ecclesiastico subsunt. (Illustr. НОММ Е L. *Ipr. Eccl. p. 10.*)

§. XI.

De Vespillonibus.

Interest rei publ. ne cadauera insepulta iaceant, iamiam Romanarum legum est sententia, L. 44. ff. de relig. quae in dubium vocari nequit, si non ad officia ex religione nostra aut morum doctrina defunctis praestanda, sed modo ad reipublicae salutem communem, respicimus. Quis enim itam ferus, tamque inhumanus cogitari possit, qui cadaueribus amicorum suorum non solum oculos ciuium laederet, sed etiam foedis et lethiferis eorum exhalationibus aërem inficeret et innumeris morbis viam sterneret. Cui vero hoc magis incumbit, vt sanitati ciuium consulent, quam his, quibus inspectio politiae demandata est. Quodsi etiam humationis finem proximum ex bona existimatione defuncto debita deriuemus, hoc iterum ad curam magistratus politici pertinet, nam sub publica securitate etiam intacta fama comprehenditur. Si denique etiam ipsa coemeteria vt res vniuersitatis consideremus, vix enim alio titulo insigniri possunt, cum omnis superstitio apud nostros cesset, iterum tota inspectio redire deberet ad magistratum. (vid. БОЕНМ. *Exerc.*



ad ff. ex. 41. Cap. 2. §. 9.) Ritus enim liturgici sepulturam et coemeteria nondum faciunt res ecclesiasticas, alias iis in pagis, vbi nullum templum reperitur cubicula rustica, vbi sacra peraguntur, etiam rebus sacris essent adscribenda. Nostri vero in terris cum hae res iurisdictioni ecclesiasticae semel sint reservatae ex iuribus ecclesiasticis et morem hunc receptum sequi debemus. At enim vero cum ex tota doctrina de sepultura vltimum modo caput, scil. ipse actus humandi eiusque per vespillonem expeditio nobis exploranda sit, pauca ex Iure ecclesiastico depromenda, sed omnia fere ex regulis politicae dirimenda erunt. Vespillonum munus olim non optimae famae fuisse, plures leges, huic praeconcepae opinioni obuinentes, testantur. vid. *Kaiserl. Patent zu Abstellung der Handwerksmisbräuche de 1731. 1771.* Ratio forsitan haec reddi potest, quia ex morte hominum victum quaerant, neque minus, vti historia refert, veneficii aut violandorum sepulchrorum rei facti sint. vid. HILLERI *Diss. de abus. opificum. p*) Sed iam longum ante tempus bona ipsis fama restituta est. Nihilominus tamen viliora inter munera eorum refertur negotium, quamobrem honoratiores ab eo abhorrent. Quinimo si ob morbos epidemicos multitudini funerum impares sint, leges nostrae pauperes, qui hoc munus obeant, eligi, et renitentes priuatione eleemosynarum et relegatione coerceri, praecipiunt. (*Contagionsmandat de an. 1713.*) Constitui enim solent vespillones a magistratu civili, ita tamen vt Superintendententi votum negatiuum competat. (CARPZOV, *Iurisp. forens. P. II. Const. IV. def. 12.* Vt eo firmiter ad officia sua obligentur, iureiurando obstringi solent, cuius formulam exhibet WILLENBERG *de iure vespillonum c. III. §. 2.* Eorum officium in humatione defunctorum iuste expedienda, cadaueribusque, vsque ad muta-

p) Quae Iouis notae macula iam moribus Romanorum originem debet, qui hoc munus, tanquam abiectum, seruis plerumque commiserunt, L. 72. §. 5 ff. de solut.

mutationem suam in cineres, illaesis seruandis. In ipsa sepultura, primum ad altitudinem sepulchrorum respiciendum est, quam leges nostrae in adultis trium, in infantibus duarum vliarum constituunt. *Art. gen. 15. Decret. Synod. de 1624. Mandat die Behandlung der Leichen betr. d. 11. Febr. 1792. §. VII.* quem ad finem mandatam nouissimum, virgam mensuriam ad emetienda sepulchra, supellectili funebri reseruandam, comparare praecipit. Praeterea vbi moris est, mortuos vultu in coelum erecto et ad orientem conuerso imponere sepulchris, etiam ab iis haec est obseruanda consuetudo. Licet vero apud nos loculos loculis imponere, haud in vsu sit, ex rationibus a WILLENBERGIO *c. III. §. 12.* adductis, quod cognati defuncti, si eius sarcophagus in angustias deducerentur, iniuria officerentur, quia procuratam ab iis defuncto quietem turbatam sentiant, vix contrarium evincitur. Insuper vt coniuges iuxta se sepeliantur, prospiciat. KOHR *Kirch. Recht c. fin. §. 2.* Pauca hic de viuiseputura mihi dicenda sunt, quatenus haec res ad homines nostros applicanda. Hoc quidem extra omne dubium est, posse quem viuum quibusdam in morbis pro mortuo haberi, hocque modo sepeliri, dubia vero est quaestio, num in sepulchro a somno suo, in his angustiis omni aere vitali destitutus, expergiscere, et vti defensores huius opinionis ex historiis undique collectis referunt, se ipsos lacere

g) Quam ob causam imprimis eius ad officium pertinet, vt in effodiendis tumulis, licet ipse operam non adhibeat, adstet tamen, negotiumque obseruet. Alium morem, locum ad recipienda cadauera instruendi, exhibet constitutio Iosephi II. Optimi Imperatoris, eodem modo, vti aliae leges, saluberrima d. 13. Ian. 1786. vbi ita disponitur: *Es soll bey den Kirchhöfen jederzeit ein Graben von 6 Schuh tief und 4 Schuh breit gemacht, die Leichen in den leinenen Sack in diesen Graben gelegt, mit Kalk beworfen, und gleich mit Erde bedeckt werden. Ieder Graben, in so weit todte Körper liegen, soll gleich mit Erde bedeckt werden, und ist damit also fortzuführen, daß allezeit ein Raum von 4 Schuh zu lassen.*



rare possint. Haec vero ulterius prosequi non est nostri negotii. Vera tamen sit aut putativa, cautio tamen a bustuariis adhibenda, vt, priusquam corpora defunctorum terrae mandent, sibi de certissima et indubitata eorum morte prospiciant, sique signa certa mortis deficiant, potius illum tam diu seponant, quamdiu nondum de putredine constat. Quando pestis aut alii morbi contagiosi grassantur, separata loca, ad eos, qui lue abrepti sunt, humandos, destinantur, vt corpora viuentium salua maneant. Nullo modo autem prope aedes parochi aut ludimagistri aliorumue, sub arbitraria poena, peste correpta cadauera humanda. Ita rescriptit *Consist. supr. ad Praesb. et Oecon. Sachsenburgensem et Superintendent. Chemnicensem apud CARPZ. Isp. eccl. L. II. def. 386.* Adde vt eo magis infectionis metus remoueatur, profundiora sepulchra condere iisque calcem viam adspargere, iubet *Befehl d. 11. Sept. 1713.* Denique etiam iis haud est permillum, absque praefcitu pastoris funera minus solemnia (*stille Leichen*) suscipere. Sedulo etiam cauendum est vespillonibus, ne cadauera, in cineres nondum redacta, in extruendis nouis tumulis terrae eripiant, et brutis eorum membra relinquunt dissipanda. Quare optimum institutum temporum nostrorum, coemeteria in certas partes (*in Schläge*) distribuendi, et iuxta seriem constitutam, terram sepulturae causa aperiendi, hoc consilio, vt intra longum tempus, antiqua sepulchra praemature aperire haud sit necessarium. *Mandat, die Behandlung der Leichen betr. §. 7. Gräfl. Lippische Verordnung, die Kirchenbegräbnisse und Kirchhöfe betr.* vbi dicitur: *Es sollen die neuen Kirchhöfe überhaupt in so viele Reihen, als Graben darauf angelegt werden können, eingetheilt werden etc.* Denique etiam ossa exstincta ab iis in osuariis sunt reponenda. Non omnes vero mortuos sepelire obligatur vespillo. Soli hi, qui honesta aut inhonesta humana sepultura gaudent, in ejus manus incidunt. Hi vero, qui asinina sepultura digni habentur, vti ignobiles duello occisi, *Mand. de duellis §. 39.* propri-

cidae

cidæ dolosi, potius carnifici, quam bustuario, sunt tradendi. Illustr. HOMMEL. *Ispr. eccl. p. 322.* Quod curam vespillonum circa arcendas cadaueribus inferendas iniurias concernit, ipsi septa aut moenia coemeteriorum sarta teclaque seruent, nec patiantur, vt bobus, equis, porcis, *) pateat introitus. vid. *Art. gen. 15. Ord. Consi. Marchic. T. 14. §. pen.* Praeterea WILLENBERG *cit. diff.* alius adhuc officii mentis-nem facit, quod iis incumbit, ex iure statuario, vt tempore pestis aedes contagione infectas claudant, et, ne ex illis alii homines inficiantur, sedulo curent, aegrotis autem alimentis diligenter prospiciant. Iam vero, eorum officiis recensitis, ad hoc accedo, quod semper in communi vita proxima est quaestio, scilicet ad mercedem laboris. Fruuntur vero saepissime libera habitatione, ligno, interdum etiam agello vel hortulo quodam. Huc adde salarium quoddam, a magistratibus concessum, et mercedem pro humatione a defuncti haeredibus praestandam, quae, licet ex moribus locorum variet, tamen vbiq; fere merces legalis est. Insuper iis, pro loci consuetudine, conceditur, auspiciis noui anni, vni- cuique pro munusculo aliquo cuncta fausta apprecari. Priusquam vespillones linquimus, quaedam de delictis, praepimis in eos cadentibus, monenda sunt. Huc pertinet 1) internecio peste laborantium, eorum spoliandorum causa, *Consi. El. V. p. IV.* quae rotae supplicio vindicatur; si vero nulla expilatio accesserit, simplex gladii poena obtinet.

*) Ita in statutis ciuitatis Peinae legitur: *Wer die Kirchhöfe zur Unflätigkeit mißbraucht, und also gesehen und befunden wird, der soll Strafe 1 Rthlr. geben. Wer mit Pferden, Kühen, Schweinen aufn Gottesacker hütten wird, soll dem Rath 1 Fl. zur Strafe geben, und dem Pfänder für jeden Kopf 1 Rthlr.*



net; 2) spoliatio sepulchrorum, quae facile e numero criminum pro-
scribi potuisset, si lex Romana, quae, ornamenta cum corporibus con-
dere, et ineptae saepe voluntati inorientium morem gerere, prohibet *L. 14.*
§. 5. ff. de relig. l. 113. §. 5. ff. de leg. 1. melius observaretur. At enim vero,
cum hoc obtineri nequeat, poena in exspoliatores sepulchrorum, tam
Romanis, quam hodiernis legibus constituta est, quae non iniqua vide-
tur, quoniam, quo difficilius prohiberi possunt delicta, eo grauius se-
neriusque sunt plectenda atque punienda. Quis enim vespillones, quo-
uis fere die in effodiendis sepulchris occupatos, huius delicti arguere
possit, praepriis cum noctu facinus suum perpetrantibus, fortissimus
defensor, superstio, faueat? Quare Romani, violationem sepulchri,
armata manu commissam, poena gladii, sin secus, condemnatione in
metalla coercebant. *L. 3. ff. de sepult. viol.* Iure Electorali Saxoniço
simplex sepulchri spoliatio poena arbitraria, relegatione, fustigatione,
et s. p. coercetur, secus ac iure antiquo Saxonum, vbi sec. I. Prou. Sax.
L. II. art. 113. in spoliatores eiusmodi poena rotæ animaduertendum
erat. Circumstantiae vero delictum aggrauantes, v. c. si vis armata ad-
hibeatur, cadauera insepulta relinquuntur, poenam gladii exigunt. (*Const.*
El. 34. p. 4. et *CARPZOV.* ad eam) salua adhuc haeredibus defuncti
persecutione eius, quod interest (*Illustr. HOMMEL. Ispr. eccl. p. 330.*)
Tertium crimen constituit concubitus cum cadaveribus foemineis com-
missus. Quae nefanda libido merito poena gladii ex *Const. inedit. V.*
vindi-

5) Sed quid sibi volunt verba praedictae constitutionis: *mit gewehrter Hand*,
cum absque violentia nunquam aperiri possint sepulchra; forsitan ita sint inter-
petranda: Si quis contra prohibentes armis se defendat, aut cadauera, spo-
lii facilius auferendi causa, mutiler.

vindicatur. (Illustr. HÖMMEL. l.c. WILLENEBERG. Cap. ult. §. penult.)
 Haec sufficiant de eorum delictis. Magiae enim crimen, grates persol-
 uite Thomasio! non amplius manus iudicum innocentium sanguine
 polluit, qua de re mirandam fabulam refert ZIEGLER *de lure majest.*
L. I. Cap. XXI. §. 20. Videamus demum de eorum foro. Cum
 apud nos coemeteria totaque sepultura iuris ecclesiastici censeatur, libi-
 tinarios forum ecclesiasticum respectu officii sortiri, extra omnem du-
 bitationem positum est. Alias vero secund. saepius laud. Regulatiu. re-
 spectu personae forum seculare agnoscere coacti sunt. Verba legis ita
 se habent §. 3: *Die ordentlich bestellten Todtengräber haben in Anse-*
hung ihres Amtes das Forum Consistorii anzuerkennen, bleiben aber in
allen andern Fällen der weltlichen Obrigkeit unterworfen. Bey Leuten,
die je zuweilen Todtengräberdienste thun, haben die Consistoria bloß
über die Dienstverrichtungen zu cognosciren. Nonnumquam peculia-
 res quoque habemus Antistites coemeteriorum (*Gottesackervorsteher*),
 de quibus tamen plura persequi superfluum esset, quoniam ex his, quae
 §. VII. de Oecónomis bonorum ecclesiasticorum, et §. anteced. de cura
 circa coemeteria in medium protuli, non difficilis ad eos ducitur conse-
 quentia. Ceterum et hi, ratione officii tantum, foro ecclesiastico sub-
 sunt. (cit. Regulativ. §. 18.)

§. XII

*De Famulitio Clericorum et rusticis, qui vulgo
 Dotales vocantur.*

Appendicem quasi personarum foro ecclesiastico subiectarum con-
 stituit clericorum famulitium, qua ex causa, quia praecipuis circa



eorum forum lis est inter iuris consultos, paullulum in isto commorari liceat. Qui eos ad forum ecclesiasticum referunt, partim ad leg. I. et II. §. 2. Cod. de Episc. et Cleric. prouocant, partim ad id, quod in regula omnes, qui locis priuilegiatis (*Freyhäufern*) degunt, etiam horum locorum magistratum agnoscere tenentur, nisi inueterata consuetudo aliud postulet, (KÜSTNER ad DEYLING p. 184. *Can. 69. Claus. 12. quæst. 2.*) Praeterea etiam famulitium personarum foro priuilegiato fruentium horum forum adipisci, testis est STRUV. *Synt. I. C. Ex. 40. th. 30.* STRYK. ad *Lauterb. p. 149.* Potissimum in Saxonia nostra haec lis variis rescriptis decisa, quorum mentionem facit HORN ad SCHILTER, p. 179. BEYER ad CARPZ. *Lit. III. Def. 6.* Quare etiam in Consistorio Vitebergensi constanti vsu famulitium clericorum foro ecclesiastico addicitur. Contrarium vero olim amplexi Lipsienses, ante multos annos sententiam suam mutarunt, teste KÜSTNER ad DEYLING. §. 269. Quare vix est, vt hodie magistratus secularis, famulitium ad suum forum trahens, victoriam sperare possit. Dissidentibus se adiunxit Iur. Eccl. interp. coryphaeus, BOEHMER *I. E. Prot. L. II. Tit. II. §. 43.* et STRYK ad BRUNNEM. *L. III. C. I. M. 12.* qui tam praxin contrariam, quam tritam illam regulam: Priuilegia sunt strictissimae interpretationis, vrget. Ideo etiam mercenarii, qui pro certa mercede operas praestare solent clerico, foro seculari manent subiecti, WERNHER *P. IV. c. XII.* Ipsa enim ordinat. eccl. Guelferbytana et praxis Marchica horum cum sententia conspirant. Quare nihil certi in vniuersum determinari potest. Conductores vero agrorum parochialium, si aedes ecclesiasticas inhabitant, et contractum ibi celebrarunt, absque omni dubio foro ecclesiastico subsunt (III. HOMMEL p. 24.) *Dotales, Pfarr. Dotalen, Wiedemuths Leute*, sunt personae ad operas clerico, praediis. que

que ecclesiasticis praestandas, obligatae. Horum varia genera recensent
 ROHR *Kirchenrecht* L. II. Cap. 6. §. 18. et BOEHMER I. P. Sect. V.
 Cap. II. §. 23. Si eorum ad forum respicias, inter iura antiqua et recen-
 tiora, saepius laud. Regulativ introducta, distinguendum. Antiquo enim
 iure, ex auctoritate Iuris Canonici, Can. 69. Cap. 12. Quaest. 2. immu-
 nes erant a foro seculari, quia ad patrimonium ecclesiae referebantur,
 nec ius competeat domino iurisdictionis in eos, nisi praescriptione
 id acquisitum esset. Quare in dubio a foro seculari exempti censebantur.
 Hinc peculiare iudicium parochi constituebant, accito actuario, sculteto,
 et scabinis paganis. Quod si sententia parochi se grauatos opinarentur do-
 tales, appellabatur ad consistorium; in causis vero criminalibus ad patro-
 num aut praefectum circuli, in quo dotales degunt, res erat deferen-
 da. Non tamen iurisdictione ecclesiastica plane impedire poterat, quo-
 minus nonnulli dotales foro eorum subtraherentur. (BOEHMER *Ius*
Eccl. prot. Lib. II. Tit. 2. §. 45.) BEYER ad CARPZOVIUM def. 357.
 KÜSTNER ad DEYLING. p. 150 sq.) Nouo iure tantum abest, ut do-
 tales in dubio foro ecclesiastico subiecti censeantur, ut potius haec iam
 nunc obseruanda sit regula: *Quisque dotalis praesumitur ordinario iu-
 dicio subiectus, nisi probetur contrarium.* Haec vero probatio inprimis
 ex inueterata consuetudine repetenda, et coram regimine aulico instituenda,
 quoniam iudicium parochi in dotales, uti alia iudicia, de causis ciui-
 libus cognoscentia, huic est subordinatum. Quinimo ne quidem istud iu-
 dicium in dubio pro Schriftsässico habetur, sed tam diu praefecturae
 subest, quam diu contrarium euincere haud possit. (vid. d. *Regulat.*
 §. 1. et 21.)



§. XIII.

De inuitatoribus ad nuptias et aliis huius generis personis.

Ad calcem huius dissertationis quorundam munerum paucis adhuc mentionem facere liceat, quae, quamquam interdum in disciplinam ecclesiasticam incurrere videantur, mere tamen politica nec iurisdictioni ecclesiasticae adscribenda sunt. Huc pertinent 1) inuitatores nuptiales, qui nonnumquam etiam desponsatos, benedictionis sacerdotalis capeffendae causa ad altare deducunt, neque minus conuiuas ad epulas nuptiales inuitant. Horum de officio occurrunt quaedam in *Ordinat. polit. de an. 1661. Tit. 14.* ubi eorum constitutio magistratibus iniungitur, ipsis vero inuitatoribus sub poena carceris inhibetur, nullos conuiuas inuitare, nisi subscripta prius schedula conuiuarum nuptialium ab actuario. Neque minus dicta *ord. polit. Tit. 15.* eorum salarium determinatur. Huc quoque pertinent 2) obstetrices, quae etiam magistratui politico constitutionem suam debent. Requiritur tamen, ut prius a physico in arte parturientes in edendo partu adiuuandi, quam a parocho, in essentialibus baptismatis instruantur et examinentur. Occumbit enim obstetricibus, si necessitas postulet, assumtis duobus testibus, infantes recenter natos sacro abluere lauacro. (*art. gen. VI. KUNZE practisch Kirchenrecht p. 172. sqq.*) Circa sepulturam versantur 3) curatores funerum, (*Leichenbesteller*) qui parochos de sepultura instituenda certiores faciant, pannum funebrem, crucem, feretrum, baiulos procurant, epulasque ferales instruunt. Denique 4) mulieres, lauandis funeribus adhibendae, agmen claudant. Eiusmodi mulieres vbique locorum constituere praecipit (*Leichenmandat d. n. Febr.*

1792.)



1792.) quod omnes abusus hac in lege expressos, v. c. puluaris subtractionem, oris constrictionem, suppressionem mediantibus palliis, ex intempestiva misericordia, ad promovendam mortem in agone constitutorum factam, omittere prohibet, et vt foemina ista renitentes magistratui denunciet, iniungit, qui, nullo respectu in personas fori priuilegio gaudentes habito, si iudicis copia non statim haberi possit, lotrici opem ferre obstringitur. (§. 1 et 2.) Praeterea ei curandum, vt, urgente necessitate, medicus praesto sit, quem ad arcessendum non minus consanguinei defuncti, auctoritate magistratus, compelli possunt. In pagis sibi prope adiacentibus communis lotrix constituenda est §. 5. Denique vel annum salarium, vel determinata merces, pro quouis funere, aut ab ipsis haeredibus, aut in egenis ex aerario pauperum, iis praestanda est, *mand. c. §. 6.*

Haec sufficiant de Pseudoclericis. Non omnino, quae dici poterant, sed quae angustia paginae permittebat, protulimus, cum modo potiora argumenti propositi capita, pro vitium nostrarum imbecillitate recensere, et in vno libello coarctare studuimus. Quod si haec pauca quoque Lectori Beneuolo non penitus displiceant, rata erunt omnia, quae antea mente vota conceperam.



CORRIGENDA:

Pag. 19. lin. 5. post verb. a multis, adde, obseruatum.

Pag. 20. lin. 2. lege; paroemia a buccinatoribus priuilegiatis vlitata. Nul-
lum etc.

Pag. 24. not. n) lin. 1. leg. loc. eorum, earum.

Pag. 29. lin. 16. loc. eos leg. eas.

Pag. 34. l. 10. leg. *non minus pseudoclerici.*

Pag. 37. §. XI. lin. 9. loco *consulent lege consuleret.*

Pag. 38. lin. 5. post verba: *iuribus ecclesiasticis* comma ponendum, par-
tic. *et* delend.

Pag. 39. lin. 1. add. post verb. seruandis, supple *absoluitur.*


Ead. lin. 12. leg. deduceretur.

ULB Halle 3
001 558 609



70506







17757

16

DE
PSEVDOCLERICIS HODIERNIS.

1774 7a

DISSERTATIO IVRIS ECCLESIASTICI

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRAESIDE
CAROLO FRIDERICO TRILLERO

PHIL. ET IVR. VTR. DOCTORE

E NVMERO EORVM

QVI SVB EIVS AVSPICIIIS SCRIBENDO ET DISSERENDO

SE EXERCENT

DIE XXIII. DECEMBR. A. R. S. MDCCXCIV

H. L. Q. C.

ERVVDITORVM EXAMINI SVBIICIT

AVCTOR

GEORGIVS GABRIEL KLINCKICHT

CHEMNITIO - MONTANVS.

VITEMBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRIL